

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Concl. XI. Modus contrarius substantiæ, aut bonis Matrimonii, illud annullat: impossibilis & turpis, rejicitur: honestus & possibilis non suspendit. Ut nec demonstratio vel causa, per de loquendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

causis naturalibus & non liberis, impediri multis modis possunt; & ita non solum incerta nobis sunt, sed ex se ipsis, & secundum ordinarias leges impedibilia, cum impediri non raro contingat; quare suspendunt & vim conditionis habent. Hæc ille.

Porrò si à me queritur; an id, quod hæc de conditionibus, dicendum quoque sit de modo & demonstratione & causa, ita ut si hæc contrariantur Matrimonio, illud vitient. Si sint honesta, illud suspendant: si turpia aut impossibilia, rejiciantur. Respdeo & erit

CONCLUSIO XI.

Modus contrarius substantiæ, aut bonis Matrimonii, illud annulat: impossibilis & turpis rejicitur: honestus & possibilis non suspendit. Ut nec demonstratio vel causa, per se loquendo.

494.
Quid hic
voceatur mo-
dus.

Modus hic vocatur, adjectio certi oneris, ad quod volumus obligare contrahentem. Vel sic: Modus est obligatio aliquid praestandi, adiecta contractu ut onus, & non ut conditio. Ordinariè autem explicatur per conjunctionem: *Ut: ex. g. modus contrarius bonis Matrimonii: Contraho tecum, ut te adulterandam prebeas; ut procures venena sterilitatis &c. non contrarius: Ut des mibi centum; ut digito celum tangas; ut me adjuges ad furandum.* Hoc supposito.

459.
Duplici in-
tentione po-
test Matr.
apponi ali-
quis modus
contrarius,
ex Aversa,

Quod attinet ad modum contrarium, si consensus contrahentium sit ita limitatus, ut non intendant perficere Matrimonium, nisi sub tali obligatione, sive nisi subtrahata obligatione de fide conjugali servanda, aliique bonis Matrimonii, sic planè non valet Matrimonium; quia ad illud requiritur consensus absolutus & adequatus de omnibus iis, quæ spectant ad ejus substantiam.

Si autem consensus contrahentium sit quidem absolutus & adæquatus, de subeundi omni obligatione essentiæ Matrimonii, sed simul inquit intendant, sibiique promittant & pacificant, non observare talem obligationem: sic dici potest valere Matrimonium; quia ipse consensus conjugalis, quamvis adjunctam habeat aliam pravam intentionem, tamen in se non est limitatus, sed simpliciter absolutus quantum ad valorem Matrimonii. Ita Aversa sup. sect. 7. §. Quod si modus.

496.
In quo mo-
dus distet à
conditione.
Sanchez.

Atque hujusmodi semper esse consensum contrahentium, dum apponitur modus contrarius, docent non pauci apud Sanchez suprà disp. 19. n. 4. quia (inquit) modus in hoc distat à conditione, quod conditio suspendit

actus perfectionem, ita ut ante ipsius im-
mentum validus minimè sit: at modum
suspendit, sed advenit actui perfecto, facie
que valet actus, & alter obligans man-
modi implementum, ut: *Dona tibi spu-*
facias hoc, vale statim donatio, & tem-
donatarius implere modum, l. 1. 2. & 3.
de Donat. quæ sub modo. Item: quia non
non ad naturam contractus spectat, sed al-
nem intentum per contrahentem. Iisque
ponens modum contrarium, ab solu-
præfenti conferit in Matrimonio, &
conditionate solum, si alter velut fulcitur
illam obligationem, sicut quando ponit
per modum conditionis propriæ dicitur.

Nihilominus Conclusione nullum
cet Sanchez suprà n. 5. & probat 1. et 2.
Condit. appos. ubi haberet, demon-
strationem contractui Matrimonii agit
Contraho tecum, donec pulchriorem in-
ipsum vitare, tanquam ejus substantia
triarum, & tamen est eadem ratio deca-
ditione, & de modo; nam siue inter
suspedit di positionem, sed adver-
sationi perfectæ, ita hæc conditionis
liter modus contrarius substantia.

Probat 2. ex 1. *Per servum, ut fructu-*
leg, sequenti, ff. de Ufu & habet ob-
fructus legetur absque ulo, diligetur
in eadem oratione, eodemque concur-
gatum fieri, ut tunc legatum in modis, &
quod inutilis fit usus fructus ab ipso re-
in diversa oratione fieri; *tunc enim re-*
gatum usus fructus, rejicitur ob ipso,
ergo similiter quando eadem sententia con-
textu contrahitur Matrimonium sub modo
repugnant & incompatibiles videntur Ma-
trimonium; scilicet quando Matrimonium per
contracto advenit modus contrarius.

Probat 3. quia modus in contractu
pacatum à contractu separatum inducere
vendo tibi domum, ut facias hoc, non
duo contractus diversi & separati,
ergo quando modus est contrarius Ma-
trimonio, habet in ipso sui initio, contrac-
timoniū vitium.

Probat denique; quia obligatio de
contra substantiam & bona Matrimonii
lit essentiam Matrimonii; sed contractus
modo, obligatur ad illum modum ar-
dum; ergo obligatur ad aliquid repug-
nit essentia Matrimonii, quando is modus
essentia contrarius, & consequenter re-
laboritur Matrimonium. Hac ille pro nobis
& sua sententia.

In quam etiam nonnulli propenderet
stillo hic disp. 5. n. 22. quamvis oppo-
dicat satis probabilem, ibi: *Hec senten-*
cunda sententia satis probabile est. Un-
utramque sententia satis problematica de-
dere, primum mihi esset & facile. Nihilom-

nus non nihil propendo in primam sententiam.

Quod, inquit, ut explicem, suppono id, quod in utraque sententia, immò absolutè admittendum est, scilicet neutrius contrahentium consensum debere aliquid intendere, quod sit contra substantiam Matrimonii. Unde sicut contra substantiam Matrimonii est, ipsum velle se obligare ad ad ulterandum, ita etiam contra substantiam Matrimonii est, velle, ut alter se obliget ad adulterandum; utrumque enim est contra bonum Matrimonii, scilicet fidem, aut etiam prolem. Unde qui vult contrahere Matrimonium cum altero, in quo oriatur obligatio adulterandi, non habet voluntatem essentialiter requiritum ad Matrimonium; quia habet & de 1. parte Concluf.

Secunda pars, quæ ait: *Impossibilis & turpis modus rejicitur*, satis pater ex cap. fin. Probatur de Condit. appos. ubi similis conditio propriæ dicta, sive suspensiva, rejicitur à Matrimonio: ergo à fortiori modus, cùm hic non suspendat contractum, sed adveniat contractui jam perfecto. Confirmatur: quia in aliis contractibus, ubi conditio impossibilis vitiat, modus impossibilis non vitiat, sed rejicitur; ac si appositus non esset, ut plerique docent; ergo à fortiori in Matrimonio, ubi conditio impossibilis rejicitur, ut vidimus Concluf. 8. rejicitur & modus. Et ita communiter sentiunt DD.

requiriunt ad Matrimonium; quia habet &
recipit pro matre & consofre illum, qui
est obligabilis ad adulterandum: nisi enim
haberet intentionem respicientem illum ut
talem, non consenseretur apponere talem
modum serio & verè. Nam qui serio & verè
talem modum apponit, vult, ut talis obli-
gatio resulteret post contractum: ergo talem
respicit personam & intendit contractum,
quo posito talius possit obligatio resultere:
arque adeò habet intentionem contrariam
substantiæ Matrimonii: talis enim obliga-
tio Matrimonio essentialiter repugnat. Hæc
ille.

Conclusio. *Contra* *Matrimonium*

Nec video, quid possit objici, salva
semper intentione efficaci contrahendi Ma-
trimonium, hoc est, contrahendi Matri-
monium, estd nulla obligatio oritur ex
modo adjecto, sive ad modum adjectum,
sicuti revera nulla oritur, iuxta Reg. 6 de Reg. d. de
Reg. juris in 6. *Nemo posset ad impossibile Reg. juris*
(tam de facto, quam de jure) *obligari*. in 6.

Sed quid dicam de modo honesto? Con-
clusio certa est, que docet, eum non suf-
pendere obligationem matrimonialem, sed
Matrimonium validum & firmum perma-
nere, tametsi poeta modus non adimplea-
tur.

503.

Tertia pars
Conclusio.
certa. Proba-
batur.

Quæ si vera sunt (ut putamus) certè parvam video probabilitatem oppositæ sententiaz, seclusæ speciali intentione contrahentium, id est, nisi inefficaciter tantum velint obligationem contrariam substantiaz Matrimonii; quia scilicet potius volunt obligationem matrimoniale inducere, quam obligationem ad adulterandum, si utraque non possit simul subsistere, sicut revera non potest. Vide dicta Conclus. 9.

Quid ergo respondendum ad argumenta
oppositæ sententie? Sanchez suprà num.
12 ad primum ait: quando modus non con-
trariatur, repugnatque ipsi actui, tunc non
vitare, nec suspenderre; sed accidere actui
perfecto: at quando repugnat, cum impli-
cer repugnantiam iphus actus valor & pér-
fectioni, vitiare. Ad secundum dicit; non
pertinere ad naturam contractus, quan-
do ipsi non repugnat; scilicet quando repug-
nat.

Sed dicit aliquis, hoc est quod queritur, & probatum oportuit, non suppositum. Respondeo: satis probari ex iam dictis; eo semper salvo, ut à principio contractus Matrimonii haberet voluntatem imponendi comparti obligationem contrariae obligationis matrimoniali; alioquin si à principio illa obligatione non cogitaverit, sed absoluere & simpliciter contraxerat Matrimonium, quāvis postea imponat illam.

obligationem, firmum equidem manere
Matrimonium, nemo dubitat. Atque hæc
de 1. parte Conclus.

Secunda pars, quæ ait: *Impossibilis & 502.*
turpis modus rejicitur, satis patet ex cap. fin. Probatur
de Condit. appos. ubi similis conditio pro- secunda pars
ad dico. sed si se falso accidit. Ma. Conclus.

prüdicta, five suspensiva, rejicitur à Matrimonio: ergo à fortiori modus, cùm hic non suspendat contractum, sed adveniat contractui jam perfecto. Confirmatur: quia in aliis contrahitibus, ubi conditio impossibilis vivitat, modus impossibilis non vivit, sed rejicitur; ac si appositus non esset, ut plerique docent; ergo à fortiori in Matrimonio, ubi conditio impossibilis rejicitur, ut vidimus Conclus. 8. rejicitur & modus. Et ita communiter sentiunt DD.

Nec video, quid possit objici, salvâ semper intentione efficaci contrahendi Matrimonium, hoc est, contrahendi Matri-monium, etò nulla obligatio oritur ex modo adjecto, sive ad modum adjectum, sicuti reverâ nulla oritur, iuxta Reg. 6 de Reg. 6. de Reg. juris in 6. Nemo potest ad impossibile Reg. juris (tam de facto, quam de jure) obligari.

Sed quid dicam de modo honesto? Conclusio certa est, quæ docet, eum non suspendere obligationem matrimonialem, sed Matrimonium validum & firmum permanere, tametsi postea modus non adimplatur.

hic, tamen potest modus non adimpicatur; quippe in hoc distinguitur modus à conditione pressè sumpta, quod, quamvis

vis utrumque sit in futurum, conditio tam
en suspendit dispositionem, ut vim non
habeat; quoque conditio impleatur, at-
que dependente ut impleatur: modus au-
tem dispositionem non suspendit, sed vim
habet, antequam modus adimpleatur; arg.
1.4.1. ff. de Contrah. empt. *Cum ab eo, qui*
fundum alii obligatum habebat, quidam sic
emptum rogasset, ut esset is sibi empis
eu liberasset, dummodo ante Kalendas Ju-
*lia libaret: questum est, an uiliter age-*L. 4.1. ff. de
Contrah.
empt.**
re posset ex emplo in hoc, ut venditor cum libe-
raret. Respondit: Videamus quid inter emen-
tem & videntem actum sit. Nam si id actum
est, ut omni modo intra Kalendas Iulias ven-
ditor fundum liberaret, ex emplo erit alios,
ut libere: nec sub conditione emplo facia in-
telligetur: velut si hoc modo emplo interro-
gaverit. Erit mihi fundus emprus, ita ut
cum intra Kalendas Iulias libera-
re posset ex emplo in hoc, ut venditor cum libe-
raret. Respondit: Videamus quid inter emen-
tem & videntem actum sit. Nam si id actum
est, ut omni modo intra Kalendas Iulias ven-
ditor fundum liberaret, ex emplo erit alios,
ut libere: nec sub conditione emplo facia in-
telligetur: velut si hoc modo emplo interro-
gaverit. Erit mihi fundus emprus, ita ut
cum intra Kalendas Iulias libera-

eum intrâ Kalendas Julias liberes; vel, ita ut eum intrâ Kalendas à Tito redimas? Si verò sub conditione facta & emptio eis, non poteris agi, ut conditio implatur.

Quare dicendum est (inquit Sanchez 504.
supra numer. 9.) si modus ille honestus & possibilis, cedat in apponentis favorem; & tunc: Contrabo tecum, ut mibi des centum & valerer statim Matrimonium, at alter te-

Modus ha-
nus die-
placit po-
test apponi.

H b b

mo-
du-

610 Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii.

dus sit gratia tantum alterius contrahentis:
ut: *Contraho tecum, cum decem libris, ut
habeas unde emas tibi fundum, ad nil teneri;*
ut habetur expressè l. 71. in principio ff. de
Condit. & demonst. *Titio centum, ita ut fun-
dum emat, legata sunt. Non esse cogendum Ti-
tium cavere, Sextus Cæcilius exigitur. Ra-
tio subditur: Quoniam ad ipsum dumtaxat
emolumen legati rediret.*

L.71. ff. de
Condit. &
demonst.

L.6.C.de
LL.
C.16.de
Regular.

Reg. 61. de
Reg. juris
in 6.
L.6.C.de
LL.
C.16.de
Regular.

Jam autem, ut habet Reg. juris 61. de
Reg. juris in 6. *Quod ob gratiam alicuius
conceditur, non est in ejus dispendium reto-
quendum. Et l. 6. Cod. de Leg. Quod favo-
re quorundam constitutum est, quibusdam
casibus ad lesionem eorum nolumus inventum
videri. Item cap. Ad Apostolicam, 16 de Re-
gul. ibi: Utique renuntiare videtur ei, quod
pro se noscitur introductum. Cum ergo in
casu proposito, ille modus pro altero tan-
tum contrahente si introductus, poterit
ei renuntiare, & sic patet, quod ad nil te-
natur.*

Sed nunquid hic audiendi Hoffiensis, c.
An hic ad-
mittenda
distinc^{tio}
Hoffensi^s
& Iean.
Andr.

De illis, ad finem, & ibi Joan. Andr. n. 3.
initio, ubi sic distinguunt: si modus non pen-
deat ex arbitrio & voluntate tertii, non sus-
pendit, ut: *Contraho tecum, ut des centum.*
Si autem pendaat, suspendit, ut: *Contraho
tecum, ut pari placeat?* Num, inquam, haec
distinc^{tio} subsistit? Minime; quia & hic
modus differt à conditione suspensiva. Et
discrimen solum erit: quod quando mo-
dus dependet à voluntate solius contrahen-
tis, hic debet illum exequi: quando verò
dependet à voluntate alterius, debet pro-
curare, quantum in se est, ut ab altero adim-
platur. Itaque melius dicitur, in neutro ca-
su hujusmodi modum suspendere obligatio-
nem Matrimonii.

506. Prout etiam non suspendit demonstratio
vel causa, sicut dicit ultima pars Conclus.
que restat probanda. Intelligitur autem de
causa vel demonstratione cuiuscumque qua-
litatis, sive sit turpis, sive contraria sub-
stantia Matrimonii, sive vera sit, sive fal-
sa, ut: *Accipio te, quæ, vel, quia es sterili,*
vel, *quia procuras venena sterilitatis.* Atque
sic intellecta.

Prima pro-
baio.
L.33. ff. de
Condit. &
demonst.

L.17. cod.

Probatur 1. quia falsa demonstratio non
viciat legatum, l. 33. ff. de Condit. & de-
monst. *Falsa demonstratio neque Legatario,
neque Fideicommissario nocet, neque heredi in-
stituto. Velsit si fratrem dixerit, vel sororem, vel
nepotem, vel quodlibet aliud.*

Similiter nec falsa causa, l. Demonstratio,
ff. cod. ibi: *Quod autem juris est in falsa de-
monstratione, hoc vel magis est in falsa causa;
veluti ita: Titio fundum do, quia nego-
tia mea curavit. Item: Fundum Titius fi-
lius meus præcipito, quia frater ejus ipse
l. 72. cod. ex arca tot aureos lumpit: Licit enim fra-*

ter buja pecuniam ex arca non sumptus; utile
legatum est. Item l. 72. ff. cod. ibi: *Fal-
sa causam legato non obesse, verius est; qua-
tio legandi, legato non coheret, sed plenaria
doli exceptio locum habebit, si probatur, aliud
gaturus non fuisset. Ergo etiam verius est, si
la causam vel demonstrationem non ob-
esse Matrimonio, quod favorabilis est, si
probetur, alijas contracturus non fuisset.*

Probatur Conclus. secundò; que, que
Matrimonium variat, vel vitant, de-
bent ad substantiam seu vim contractu fio-
stare, sed demonstratio & causa non spe-
ctant ad substantiam consensu matrimonialis,
sicut spectat conditio; sed tantum
pertinent ad opiniones rerum, quas con-
trahentes conceperunt, vel ad causas, que
ad contrahendum ipsos movent; unde non
injiciunt parti aliquam obligationem, sed
tantum significant opinionem, vel obli-
gium alterius, vel causam quare con-
trahit. Ergo nullo modo variat Matri-
monium.

Et confirmatur; quia error demonstratio-
nis aut cause, qualiscumque sit, non
Matrimonium, nisi sit error per in-
conditionis, ut suo loco diximus; non
tollit consensum abfutum.

Tandem: quia demonstratio, aut causa,
non se habent ut objectum, vel parvum
contra^{tus}, sed antecedenter & quasi mo-
vum; ergo non irritat.

Dixi autem in Conclus. *Per si unico, scilicet
quia si error demonstrationis, vel cause, re. Error de-
ducatur ad errorem per se, non conditionis, magis
nullabit Matrimonium, ut: Contrato de
cum, quia, vel, quia es libra, aut primogenita
Petri, si non esset libera, aut non esset pri-
mogenita, foret nullum Matrimonium, non
ratione falsitatis causa, aut demonstratio
sed ratione erroris personæ, aut conditionis.
Quia quāvis ea causa, aut demonstratio
non adiiceretur, adhuc ex tali em-
tractum Matrimonium, invalidum
unde deseruit demonstrationis aut causa
positio, ad transferendum probacionem
in alterum. Ut: *Contraho tecum, quia, vel,
que es libra, tenetur feminina probare, em-
scivisse esse ancillam.* Vide Sect. 7 Con-
clus. 1. & 2.*

Considerandum quoque venit, quod ca-
sa & demonstratio aliquando apparet
per modum conditionis, & tunc de illis
dicere debemus, veluti de conditionibus.
Exemplum sit: *Contraho tecum, que de-
tantam dotem, licet enim videatur demo-
stratio; ut est sensus conditionalis, puta si
dederis tantam dotem. Saltem potest esse
hic sensus. Unde tunc cum res sit dubia,
maxime consylenda est intentio contrahen-
tium, & secundum illam judicandum, vel*

irritum Matrimonium, si non dederit tam dotem, vel validum & firmum, si dederit; vel si contrahens per illa verba solum voluerit significare suam credulitatem de dote danda, quia tunc manet intra limites demonstrationis.

Iraque, per se loquendo, nisi aliud constet de mente contrahentium, demonstratio solum significat hujusmodi credulitatem, seu judicium, & causa motivum extinuum contractus: quamvis non absoluta fieri possit, ut non intendant contrahere, nisi illa qualitas, quae pro motivo adducitur, subsistat. Vide quae latius diximus de hac re loco supra citato.

Finem Conclusionis & Sectioni imponet

510. Quid operis resolutio hujus questionis: Quid operetur tempus, Matrimonio appositorum, v.g. *Duce te uxorem in crastinum?* Sanchez (inquit Dicart. hinc disput. 5. num. 219.) videtur negare, suspendi contractum, lib. 5. disput. 19. num. 11. Probat vero; quia licet dies assignata cum aliqua voluntaria conditione, quae posset evenire, & non evenire, suspendat obligationem, quis tempus cum illa conditione adiecta, non est necessariò venturum, ut: *Lego tibi pro sequenti anno, si vixeris, ducatos centum*, quia potest non vivere legatarius, quando veniet sequens annus. Si tamen solum dicat: *Lego tibi pro sequenti anno centum*, cum illud tempus necessariò sit venturum; obligatio non suspenditur, sed statim vim habet, licet non solvendi statim, sed adveniente anno.

Sic ergo putat, quando quis dicit: *Duce te uxorem in crastinum*, non suspenditur contractus, quia dies crastina absolute necessariò est futura; & licet ibi intelligatur conditio: *Si vixeris*, tamen ea conditio in Matrimonio necessaria est, & non liberè posita, sicut in legato; quia etiam mortuus esset, poterat legari, ut ad hæredes transferret, id est putat Sanchez non suspendere, sed statim valere.

Coninck vero & Hurtado apud Perez, qui eos refert, & sequitur, probabilitus sentunt, sicut & alii DD. suspendere Matrimonium, usque ad illud tempus, eo vero tempore adveniente, si confensus non sit revocatus, neque adit aliud, quod impedit, itatim Matrimonium valere, absque nova repetitione consensus. Ratio est; quia tempus ad id ponitur, ut usque ad illud suspendatur id, cui tempus apponitur & tempore adveniente incipiatur valere, & sensus est: Ex nunc volo & consentio, ut cras incipias esse mea uxor, idque potest sic fieri ex voluntate contrahentium. Hæc ille.

Sed notandum, quod Sanchez in principio illius numeri 11. quem citat Dicart. solum loquatur de sponsalibus, quamvis in

progressu mentionem faciat etiam Matrimonii. Hæc sunt verba Sanchez: Ultima Conclusio: Si sponsalia contrahantur in sponsalia diem, ut: *Contrabam tecum, abhinc uno anno* contrata in certum diem statim sunt pura, & obligant, ex Sanchez;

no, quamvis non obligent ad contrahendum ante anni lapsum, at non suspenduntur, sed statim sunt pura & obligant. Quia quamvis dies, habens annexam tacitam conditionem voluntariam, quæ potest adjici, & non adjici, suspendat obligationem, ut in legato anno, in quo virtute plura legata continentur, l. Senatus, 35. §. fin. ff. de Mort. cau. donat. primi anni legatum est purum, sequentium autem conditionale, ut notat ibi Glosso verb. *Multa*, per l. *Si in singulos*, ff. de Annuis legatis; perinde enim est, ac legare quolibet anno, si legatarius vixerit: unde obligatio secundi anni non cedit ante primam diem secundi anni: quia conditio tacita: *Si vixerit legatarius*, suspendit. Unde non transmittitur legatum illud ad legatarii hæredes, poterat enim legare testator illi & hæredibus: & proinde conditio: *Si vixerit legatarius*, fuit voluntaria.

At secùs est, ubi ea conditio est omnino necessaria, ut contingit in Matrimonio & sponsalibus, ubi conditio: *Si vixerit*, est omnino necessaria: & tacite necessariò intelligitur, & id est non reddit actum conditionalem. Præterea; quia id, quod in diem stipulamus, statim quidem debetur, quamvis ante diem istam exigi nequeat. Hucusque Sanchez, citans Palud. 4. dist. 29. Paludanus:

q. 2. a. 4. n. 24.
Et quidem de sponsalibus idem docet Coninck disp. 29. dub. 4. n. 43. dicens: Promittentes sibi mutuo inire inter se Matrimonium post unum annum, statim contraunt sponsalia, quia statim obligantur, ut elapo anno Matrimonium inceant.

At vero de Matrimonio, oppositum sentit num. 44. Dies, inquit, adiecta Matrimonio per verba de præsenti; statim ut advenit, efficit illud ratum, non ante, v.g. dicens: *Accipio te in meam & in meum post tres dies*; statim elapo tertio die sunt conjuges, nisi interim revocent consensum. Quia dies ita adiectus, similiter suspendit contractum atque conditio. Nam sicut contrahens sub conditione futura, non vult contractum esse perfectum, antequam ponatur conditio: ita contrahens dicto modo in diem, intendit, ut contractus non sit perfectus ante illum diem. Et sicut conditio postea adveniens, & cognita partibus, his significat utriusque consensum jam esse absolutum, & ita contractum perficit: ita etiam dies adveniens, ita ut contractus pro hoc tempore sit omnino perfectus, & incipiatur esse conjuges.

H h h - 2

Hæc

513. Idem docet Coninck.

514.
Differentia
inter condic-
tionem &
diem.

Hæc tamen est differentia, quod conditio, cum possit esse, & non esse, efficiat, ut partium consensus sit adhuc ambiguus, nec habeat magis rationem absoluti consensus quam dis- sensus. Dies vero cum certò sciatur ventura, efficit consensum ab initio determinatum & absolutum, sed qui ante tale tempus non fit perfectus & sufficiens, ut cauter suum effe- stum. Unde si alteruter ante diem consti- tutum moreretur, aut revocaret consensum, nunquam inter eos esset Matrimonium.

Unde hic contractus simili est donatio- ni, mortis causâ factæ; nisi quod hæc licet ante mortem revocetur, ille vero, nisi subiecta justa causa, illicite revocetur. Quod si in- men accideret causa sufficiens ad irrande sponsalia, licet revocare. Hæc enim Con- ninc. Cui lubens subscrivo, procedens a Sanc- chio, si forte plus aliquid velit, quod non puto. Et quia nihil aliud succurrat, haec limes præsentis Conclusionis & Sec. Sc. quitur

SECTIO IX.

DE MATRIMONIO CLANDESTINO.

1.
Matr. dicitur
clandestina
Matrimonium tri-
bus modis.

Glossa in c. fin. de Clandestina def- ponatione, verb. *Clandestina*, sic inquit: *Dicitur clandestinum Matrimonium tribus modis. Uno modo*

cum non habentur testes, supra cap-
proximo. Secundo, cum non sit cum solemnitate,
30. q. 5. Altero. Tertio dicitur clandestinum,
quod sit contra tenorem hujus constitutionis, vi-
delicet non præmissa denuntiatione.

Holtiensis,
Abbas.

Holtiensis vero, inquit Abbas ibi, ultra hanç Gloss. enumerat alios modos, & tandem dat regulam generalem, dicens: quod Matrimonium contractum contra prohibitionem Ecclesiæ generalem vel specialem, expressam vel tacitam, dicitur clandestinum, & haber locum poena hujus cap. Hæc ille. Qui propterea citatur pro hac sententia, quam & Alii plures docent apud Sanchez lib.

3. disp. I. n. 1.

Initi autem potest huic fundamento, ut notari Sanchez ibi: quia cum proprie Matrimonium clandestinum id dicatur, quod clam, & non in facie Ecclesiæ celebratum est, eo nomine notari meretur etiam id Matrimonium, quod indignum est, ut in con- spectu Ecclesiæ appareat, ab eaque approbe- tur; tale autem est omne Matrimonium, quod contrahitur contra prohibitionem Ec- clesiæ, puta, sine testibus; contra fidem priorum sponsalium; ante legitimam ætatem; tempore quo nuptiarum solemnitas ab Ecclesia interdicta, vel sine denuntiationibus. Immo & illud, quod consummatur ante nuptiales benedictiones.

Interim putar Sanchez supra n. 3. ratio- ni conformius esse, ut duo tantum sint Matrimonii clandestini species. Clandestinum enim (ut nomen ipsum præfert) dicitur, quod clam sit; unde id solum Matrimonium dicetur clandestinum, in quo aut testes deficit, & proinde clam omnino celebratur; aut denuntiationes, ad perfectam ejus pu- blicationem ab Ecclesia petitæ, desideran-

tur: cæteris enim solemnitatibus sicut non clandestinum, sed minus solemnem- pellabatur: Hæc ille, cum Aliis, quoniam Quibus addit Baillium Pontium lib. 1. n. 1. Dicunt. hic disp. 3. n. 2. Coniuncti cram. disp. 27. n. 1.

Verum enim verò cum etymologi- minis sepius fallat, & nomen non multa significet, quam ratio nominis permittat, dicet aliquis, in praetextu istius: Poruit quippe Ecclesia extendere illud no- men ad significantum omne Matrimonium, quod contra suam prohibitionem cele- bratur, aut consummatur: & multi doctores non infirmæ notæ, putant secundum

Respondeo: etiam plures fin. qua- stiment, non sic extensibili, neque non minoris sunt auctoritatis, & nemo etymologica nominis eis faveret; ergo potius plus adven- rendum; cum nihil sit, quod cognoscere, nam fundatum oppôdere sententia, cum ostendit, si potuisse ab Ecclesiæ non autem sic factum fuisse a de- dicti ab Ecclesia. Immo non factum sed detur factis insinuari à Concilio Te- less. 24. In Decreto de reform. Manu- ubi solum sit mentio denuntiationis, & præsentis Parochi cum duobus testibus, & in progressu clarius apparet. Suppongo Concilium, per Matrimonio clandes- tina, de quibus ibi tractat, solum intelligi propriè loquendo Matrimonia, que con- trahuntur vel sine Parocho & testibus, ut certè sine denuntiationibus. Hoc pre- tato: Dico primò:

B
Sacra
matrimonio